



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 55. Quid notandum circa Judicem, accusatorem, testes & item in causa simoniæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

hac autem sublatâ, & altero quóque vitio dispensato, manet probabile non esse opus novâ collatione, ita *Castrop.* & *Pirh.* suprà.

233 §. 6. Notant iidem Authores, nullam esse præscriptam formam ad dispensandum in pœnis Simoniae, hinc perinde est, quibuscumque verbis Dispensans manifestet voluntatem, quam habet tollendi talem pœnam.

234 Q. 54. An Papa sanet vitium Simoniae, si in Bulla Confirmationis dicat se supplere omnes defectus, v.g. in Electione communis. R. Negativè, sed tantum intelligit defectus, si forte aliquid neglectum eset in forma Electionis, aut similis error foret commissus, neque enim nomine defectis venit Simonia, quam Ecclesia vocat immane, detestabile, horribile scelus, in cuius comparatione cetera crimina quasi pro nihilo reputentur, uti n. 198. dictum est.

235 Q. 55. Quid notandum circa Judicem, accusatorem, testes & litem in causa Simoniae. R. Hæc pauca, 1. Judex sacerdotalis non potest de Simonia cognoscere, quia est causa spiritualis; est communis & certum *Pirh.* n. 142. Potest etiam videri *Leur.* P. 3. q. 757. 2. Et servus & meretrix & quicunque aliis potest esse accusator in Simonia, uti habetur in Jure apud *Rayn.* L. 2. S. 1. c. 4. n. 14. & *Pirh.* n. 143; admittitur autem sola exceptio capitalis iniuriae & conspiracy. 3. Si in causa Simoniae agatur criminaliter contra aliquem, non admittuntur testes criminosi & infames, *Pirh.* n. 150. Si agatur civiliter contra Prælatum vel alium in dignitate constitutum, etiam non admittuntur, nisi sint emendati de crimine, ubique autem repellitur perjurus, etiam si fuerit emendatus. 4. In crimine Simoniae non datur appellatio, uti ostendit *Pirh.* suprà.

Exci-

Excipit Felin: nisi appelleatur ante sententiam; quales autem probationes requirantur & sufficiant, videri potest apud Castrop. P. 27.

## ARTICULUS III.

*An & cuirestituendum, quod simoniaca acceptum.*

**R**esp. 1. Nihil spirituale simoniaca acceptum, <sup>cc</sup> 236  
præter beneficium, (sub quo continetur <sup>cc</sup>  
pensio, secundum Bonac. Tom. I. l. 1. q. 7. <sup>cc</sup>  
Diffic. 2. negante Lessio L. 2. c. 35. Dub. 30.) eit resti <sup>cc</sup>  
tuendum. Ratio, quia cætera vel restituui non pos- <sup>cc</sup>  
sunt, ut Sacra <sup>cc</sup>menta, vel non sunt restituenda <sup>cc</sup>  
ante sententiam, cum Canones aliud non statue- <sup>cc</sup>  
rint, ex Lessio n. 168. Suar. Fill. & aliis contra Azor <sup>cc</sup>  
& Laym. Bonac. P. 3. Diffic. 2. Dixi, præter bene- <sup>cc</sup>  
ficium: quia hoc retineri non potest etiam <sup>cc</sup>  
ante Judicis sententiam, ut patet tum ex Cap. <sup>cc</sup>  
Si quis neque 1. q. 1. tum ex 2. Extrav. Cum detesta <sup>cc</sup>  
bile, de Simonia. V. Bonac. l. c. Ubi addit etiam <sup>cc</sup>  
fructus perceptos esse restituendos, tum quia <sup>cc</sup>  
nullo iusto titulo possunt retineri, cum adeptio <sup>cc</sup>  
beneficii simoniaca sit ipso facto irrita, tum quia <sup>cc</sup>  
sic expressè habetur in Extrav. Cum detestabile, <sup>cc</sup>  
de Simonia, v. D. Th. 2. 2. q. 100. a. 6. Nav. L. 5. Conf. 62, <sup>cc</sup>  
Lesf. Dub. 31.

Resp. 2. Pretium acceptum pro beneficio, <sup>cc</sup>  
collatione Ordinum, Sacramentorum & <sup>cc</sup>  
Sacramentalium, si notabiliter excedat id, quod <sup>cc</sup>  
pro sustentatione exigi poterat; item pro admis- <sup>cc</sup>  
sione ad Religionem, Jure positivo restituendum <sup>cc</sup>  
est. Hoc tamen posterius non nisi post latam <sup>cc</sup>  
sententiam, si admissus in Monasterium, maneat, <sup>cc</sup>  
quia plerumque ratione alimentorum retineri <sup>cc</sup>  
potest, modò in communem usum convertatur. <sup>cc</sup>  
Vid. Bonac. l. c. Less. Dub. 30.

Resp.